SPECIMEN CORRVPTELARVM PONTIFICIARVM:

In

CYPRIANO, AMBROSIO, GREGORIO M. *Auctore Operis imperfecti & in* Iure Canonico collatione facta *cum MSS. varijs.*

Inſcriptum Clero Anglicano.

Tho. Jamesius.



LONDINI,
Apud Georgium Miller.
M. DC. XXVI.

OBSERVATIONES EX OPERIBVS CYPRIANI, iam denuo quam accuratissimè recognitis per Iac. Pamelium

Par. 1607.

1.



Pistola 3. Cleri Rom. ad Clerum Carthaginensem de secessu D. Cypriani, *deest in Mss. omnibus tam cis-marinis quam trans-marinis neque apud Manutium Rom.* 1564. *aut Magdalenensem Spiræ* 1478. *excusum, reperitur: unde factum est, vt mendas quibus scatebat, Pamelio repurgare non licuerit.*

Ex hac suppositicia Epistola, corradit nonnulla Pamelius quæ ad prærogatiuam sedis Rom. spectant, ad quam, *vt ipsi aiunt*, pertinet Ecclesiarum omnium sollicitudo. *Vide annot.* 6.

2.

Ep. 6. Cypr. Presbyteris ac Diaconibus, *desideratur in Mss.*

Adduci solet ad confirmandum testimonium Ecclesiastici libri, *tanquam Scripturæ Canonicæ. Vide annot.* 10.

3.

Ep. 13. Cypr. Presbyt. & Diaconibus *Epistola genuina est, sed quæ sequuntur verba* Et prærogatiua eorum apud Deum adiuuari possunt, *spuria sunt & ascititia, ad firmandam doctrinam de Sanctorum inuocatione: non comparent in Mss. antiquiss. Vide annot.* 1.

4.

Ep. 21. Celerini Luciano, *deest in Mss.*

Hinc Pamelius annot. 7. probare conatur tum porrigi solere martyribus preces pro defunctis, *tum* Indulgentiarum *vsum fructum.*

5.

Ep. 30. Cypriano Papæ, *Epistola suppositicia pro voce* Indulgentiæ,

 in

in eadem prorsus significatione qua nunc vtuntur Pontificij. Adnot. 5.

6.

Ep. 45. Cypr. ad Cornelium, *suppositia est, & in ea vbi* Ecclesiam Catholicam radicem & matricem nominat, *Romanam Ecclesiam, haud* [illegible] *Pontificij. Vide Annot.* 6.

7.

Ep. 46. Cornelij Cypriano, *suppositia est, ex qua tamen constat (inquit Pamelius) tum hinc tum ex Epistolis Cypriani ad Clerum Rom.* Presbyteros & Diaconos Ecclesiæ Rom. *in eadem auctoritate iamolim fuisse qua nunc pollent, eodem etiam munere functos, quo nunc* Cardinales, *nempe vt essent consiliarij & assessores Episcopi Rom. Pam. Annot.* 10.

Item ex hac Epistola probant vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere [illegible] *Episcopum,* [illegible] *ad* lib. de vnitate Ecclesiæ, *qui liber fœdum in modum corruptus est, sicut infra latius patebit.*

8.

Ep. 63. Cypr. Cæcilio fratri p. 140. c. 2. [illegible] num. Nisi in sacrificijs matutinis hoc quis veretur ne per saporem vini *redoleat sanguinem Christi.*

Videntur hæc verba nonnihil facere ad Transubstantiationem statuminandam; verum si animaduertas probe, alius est sensus verborum. Verba sic se habent in membranis. Nisi [illegible] in sacrificijs matutinis hoc quis veretur ne vinum offerat ne per saporem vini odore fragrante ab infideli conscientia odor vini horis matutinis fuerit agnitus & cognoscatur esse Christianus *dum nos sanguinem Christi in vini oblatione commemoramus.*

9.

Ep. 67. Cypr. Stephano fratri *deest in MSS. adducitur hæc Epistola suppositicia ut probetur licuisse iam olim* Pontificibus Romanis Episcopos (*etiam transmarinos vel extra Diœcesim eorum constitutos*) iustis de causis excommunicare, immo destituere, & nouos in eorum locum substituere. *Pam. adnot.* 11.

Supersunt & aliæ Epistolæ fictæ & suppositiciæ sub nomine Cypriani; quas quamquam [illegible] *Pamelio vel aliquo alio ut probent aliquid in negotio religionis, eas referam tantum & commemorabo, vt si inter legendum occurrant, sciant Iuniores quid & quantum illis tribuendum sit, ne plumbea pro aureis, falsa pro veris, spuria pro genuinis accipiantur. Huius farinæ sunt.*

Ep. 1. Donati ad Cyprianum.

Ep. 4. Cypriani Presbyteris & Diaconibus.

Ep. 17. vniuersorum Confessorum Cypriano Papæ.

Ep. 19. Caldonij Cypriano & compresbyteris.

Ep. 22. Luciani ad Celerinum.

Ep. 24. Cypriani Presbyteris & Diaconibus Rom.

Ep. 27. Cypriani lapsis.

Ep. 28. Cypriani Presbyteris & Diaconibus.

Ep. [illegible] Cypriani Presbyteris & Diaconibus.

Ep. 30. Cypriano Papæ.
Ep. 59. Caldonij ad Clerum Carthaginensem.
Ep. 48. Cornelij ad Cyprianum.

10.

Ep. 62. Cypriani Antoniano fratri. *In hac Epistola, prout verba se habent in excusis codicibus, videntur facere nonnihil pro doctrina Purgatorij sed si rite examinentur ad normam Mss. cod. tale nihil apparebit: excusi cod. sic legunt,* Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcerem non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis *longo dolore cruciatum emundari,* & purgari diu igne: aliud peccata omnia passione purgasse, &c.

Vera autem lectio quo pacto Mss. legunt hæc est. Aliud est ad veniam stare aliud ad gloriam peruenire aliud pro peccatis *longo doloris cruciatu (notentur verba) emundari & purgari diuino igne, &c. 5. Hæc quid faciunt pro Purgatorio Pontificio?*

Ep. 60. Cypriani Ianuario, &c. *deest in Mss.*
Ep. 82. Cyprianus Successo fratri.
Ep. 83. Cyprianus Presbyteris & Diaconibus.

11.

Lib. D. Cypr. de exhortatione martirij non longe à nota 35. excusi sic. *Statuam* auream quam statuisti non adoramus 5. *Mss. pro statuam habent* imaginem, *quod male habet pontificios, in quæstione* de imaginibus adorandis.

12.

In Concilio Carthaginensi *introducuntur multi Martyres & Confessores, qui apud veteres membranas, inuenti sunt neque Martyres neque Confessores.*

13.

Lib. de vnitate Ecclesiæ, non procul à numero 14. Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia & Cathedra vna monstretur. Et pastores sunt omnes sed grex vnus ostenditur qui ab Apostolis omnibus vnanimi consensione pascatur.

Hæc omnia sunt vel assumenta indocti, vel glossemata scioli, vel somnia Cambronensis Codicis, contra fidem omnium Mss. cod.

14.

Huius farinæ est & illud quod præcesserat, num. 11. Super *illum* vnum ædificat Ecclesiam suam.

Legendum iuxta Mss. cod. Super vnum ædificat Ecclesiam.

15.

Paulo post Vt vnitatem manifestaret *vnam Cathedram constituit,* & vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem auctoritate sua disposuit.

Illa verba vnam Cathedram constituit *per vim intrusa sunt ab amatoribus Cathedræ: illis sublatis melius currit sententia.*

16.

Item illa quæ sequuntur quarto in loco in hoc unico Libro de Vnitate *similiter alieno loco infarcta sunt: illis sublatis, lege ex Mss.* omnis qui Ecclesiæ renititur & resistit, in Ecclesia se esse confidit. *Quid istis dici potest vel plenius vel planius? sed turbatores Pontificij qui solent pro imperio suo miscere omnia, habent in hunc modum,* qui Ecclesiæ renititur & resistit, qui Cathedram Petri super quam Ecclesia fundata est deserit, in Ecclesia se esse confidit.

17.

Cyprianus de bono patientiæ, ad numerum 18. Sit fortis (*inquit*) & stabilis in corde patientia: & nec adulterio sanctificatum corpus & Dei templum polluitur; nec iustitiæ dicata innocentia, contagione fraudis inficitur, nec post *gestatam* Eucharistiam, manus gladio & cruore maculatur.

Ad hunc numerum probe colligit Pamelius Eucharistiam olim gestari consuetam fuisse: cum legant Mss. post gustatam Eucharistiam *propius ad mentem Cypriani.*

18.

Cyprianus Ep. 76. ad Magnum de Nouatiano. A seipso *ortus* est:

Prior lectio ordinatus est, *inuito licet Pamelio & repugnantibus veterum codicibus, extat ni fallor apud Stapletonum: sed* ortus est *legunt omnes Mss. vide notam ad numerum 12. Pamelij.*

OBSER-

OBSERVATIONES EX operibus S. *Ambrosij* exacte recognitis ex Editione *Romana* Par. 1603.

LIb. 1. Ep. 1. Imperatoribus, &c. Gratiano, &c. *non extat in Mss. cod.*

Item Conc. Aquileiense *non comparet.*

Item Ep. 2. 3. & 4. eodem spectantes *desiderantur in Mss.*

Item Ep. 6. Syricij Mediolanensi Ecclesiæ.

Item Ep. 7. Ambrosij Syricio Papæ.

Item l. 2. Ep. 15. Ambrosij Imperatori Eugenio.

Item l. 2. ep. 16. Ambrosij Theodosio Augusto.

Item l. 2. ep. 18. Ambrosij Marcellinæ sorori.

Item l. 4. ep. 29. Ambrosij Episcopo Floriano.

Item l. 4. ep. 33. Ambrosij sacræ virgini Demetriadi.

Item l. 4. ep. 34. Ambrosij virginibus sacris.

Item l. 7. ep. 53. Ambrosij fratribus per omnem Italiam constitutis.

Item l. 7. ep. 54. Marcellinæ sorori.

Item l. 7. ep. 55. fratribus & vniuersis plebibus per Italiam.

Item l. 7. ep. 58. Ambrosij Imperatori Theodosio.

Item l. 7. ep. 59. Eidem.

Sed quæret aliquis, quorsum, & cui bono adiectæ sunt tot Epistolæ sub Ambrosij nomine? Respondeo, vel maximo Ecclesiæ Romanæ, quæ solet exugere mel de petra, & lucrum ex re qualibet, & versantibus in controuersiis pertractandis ista notiora sunt, quam vt à me dici debeant: cui neque otium neque tempus suppetit omnia corradendi, quæ à Pontificijs perpetrata sunt flagitiosissima facinora in hoc genere.

1.

Hexamer. l. 1. c. 5. Multa—non otiose à septuaginta viris Hebraicæ *lectioni* addita & adiuncta comperimus.

Pro lectioni, veritati, *ausim reponere, nisi solenne esset Pontificijs, Hebraicæ veritati vbicunque occurrerit derogare quantum possunt, vt Helenam suam Vulgatam Latinam editionem præferant omnibus.*

2.

Ambros. in illa verba Apostoli. Ei namque qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. In Ep. ad Rom. c. 4. in fine annotationis in hæc verba sequitur in Mss. quod neutiquam habetur in excusis de vera fide iustificante iuxta sensum Ecclesiæ Anglicanæ. *Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Multi autem gloriantur de operibus, & inuenis multos Paganos propterea nolle fieri Christianos, quia quasi sufficiunt sibi de bona vita sua. Benè viuere opus est, ait. Quid mihi precepturus est Christus? Nullum homicidium, nullum furtum, nullam rapinam facio, res alienas non cōcupisco, nullo adulterio contaminor. Nam inueniatur aliquid in vita mea quod reprehendatur, & qui reprehenderit faciat Christianum, habet gloriam sed non apud Deum. Non autem sic Pater noster Abraham. Vnde ergo scriptura dicit iustificatum Abraham? Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ergo ex fide iustificatus est Abraham. Sed dices. Vides ergo quia non ex operibus, sed ex fide iustificatus est Abraham. Faciam ergo quicquid volo, quia & si bona opera non habuero, & tantum credidero in Deum, deputatur mihi ad iustitiam. Respondeo de ipso Abraham, quod inuenimus gratiam etiam in Epistola alterius Apostoli (scil. Iacobi) Homines falso intellexerunt Apostoli Pauli dictum, & ideo correcti sunt per Iacobum Apostolum, qui volebat corrigere, qui malè intellexerunt istum Apostolum, quia nolebant benè operari, & de sola fide præsumibant, ipsius Abrahæ opera commendauit, cuius Paulus fidem. Dicit autem omnibus opus notum Abrahæ, filium immolandum Deo obtulit. Si autem hoc præter fidem rectam faceret Abraham, nihil illi prodesset, qualecunque illud opus esset: Rursum, si sic teneret fidem, vt cum ei Deus imperaret offerri sibi immolandum filium, diceret apud semetipsum Non facio, & tamen credo, quia me etiam contemnentem iussa liberat, fides sine opere mortua esset, & tanquam radix sine fructu sterilis atque arida remaneret sicut & David dicit,* hoc ipsum munit exemplo, &c.

3.

Ambros. in Ep. ad Rom. c. 5. p. 270. non omnes contempto Deo peccauerunt, nisi qui neglecto creatore seruierunt creaturæ, Deos sibi constituentes quos colerent ad iniuriam Dei *& sequitur in Mss. Idcirco lætabatur in istis Diabolus, quia videbat illos imitatores suos effectos.* Nam & Tharam.

Hæc vltima verba Idcirco lætabatur, &c. *quia male habebant Papistas similes per omnia Idololatras, silenter forsitan omissa sunt.*

4.

Ambros. de fide l. 5. c. 2. p. 190. Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis [*Non sibi potestatem deesse asserens, sed meritum creaturis. Accipe aliter: Non est meum dare vobis.*] Quod est, non est meum, qui veni humilitatem docere; non est meum, qui veni non ministrari sed ministrare: non est meum qui iustitiam seruo non gratiam denique ad patrem referens, addidit: quibus paratum

tum est; vt ostenderet patrem quoque non petitionibus deferre solere *sed meritis.*

Conferantur ista cum Mss. Primum inclusa virgulis desiderantur, deinde sequitur. Quod est non est meum, qui veni in humilitate docere: non est meum, qui veni non ministrari sed ministrare: non est meum, qui iustitiam seruo. Nam gratiam denique & ad Patrem referens, addidit: Quibus paratum est; vt ostenderet patrem quoque non petitionibus deferre solere, *non meritis.*

Videtis excusos codices pugnare cum Mss. illos probare, istos vero improbare merita.

5.

Ambr. l.3. de Sacram. c. 1. p. 362. C. in illud, Nisi lauero, inquit, tibi pedes, non habebis mecum partem. Non ignoramus quod Ecclesia Romana hoc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur & formam: Hanc tamen consuetudinem non habet, vt pedes lauent.

Hæc quorsum spectent, in procliui non est diuinare; nos tamen veram lectionem (etiamsi verbo tenus videatur contra nos militare) sic restituimus ex Mss. Non ignoramus quod Ecclesia Romana hanc consuetudinem habeat, cuius typum in omnibus sequimur & formam. Hanc tamen consuetudinem non habet, vt pedes lauet.

6.

Paulo post. Hoc ideo dico, non quod alios reprehendam, sed mea officia ipse commendem. In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam, sed tamen & nos homines sensum habemus, ideo quod alibi rectius seruatur, & nos *rectè* custodimus.

Repono, & nos rectius *custodimus.*

7.

Ambr. de Sacram. l.4.c.4. *Adscribam integras sententias quæ iugulum petunt (vt Papistæ opinantur) doctrinæ nostræ contra transubstantiantes: cum si quid capio, vel sapio, nihil minus sit in verbis Ambrosianis, si rectè legantur & ritè intelligantur: iudicium sit penes lectorem, ego fide optima eas transcribam ex Mss.*

Ergo auctor Sacramentorum quis est, nisi Dominus Iesus? de cœlo ista Sacramenta venerunt, consilium eius omne de cœlo est. Verè autem magnum est & diuinum miraculum quod *populis* pluit Deus manna de cœlo; & non laborabat populus & manducabat. Tu forte dicis: meus panis est vsitatus. Sed panis iste panis est ante verba Sacramentorum: vbi accesserit consecratio de pane fit *corpus* Christi. Hoc igitur *adstruimus.* Quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi? [a] Consecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam reliqua omnia quæ dicuntur in superioribus à Sacerdote dicuntur, [b] *laus Deo defertur: oratio petit* pro populo, pro Regibus, pro cæteris: vbi venitur vt conficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermoni-

Populo, exc.
Caro, exc.
Adstruamus, exc.
a *Addunt exc.*
Consecratio te.
b *Legunt exc.* Nam reliqua omnia quæ dicuntur laudem Deo deferunt, oratio præmittitur pro populo, &c.

b *Verbum vti-tur abest ab exc.* *Et factum exc.* *Et facta exc.* *Et facta exc.* *Et omnis exc.* *Ergo exc.* *Vt quæ erant in aliud commutentur, exc.*

c *Hoc modo de verbo in verbum referuntur hæc verba apud Gratianum dist. 2. c. 55.*

sermonibus [b] *vtitur* Sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Iussit Dominus, factum est cœlum. Iussit Dominus, facta est terra, Iussit Dominus, facta sunt maria. Iussit Dominus, omnis creatura generata est. Vides ergò quam operatorius sit sermo Christi. Si igitur tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est [c] vt *sint* quæ erant & in aliud commutentur.

Postrema hæc clausula si proferatur iuxta Editionem Rom. videtur aperte propugnare transubstantiationem vel transmutationem Pontificiam: sed à nobis stant Codices Mss. quicquid dicat Lanfrancus contra Berengarium, quemadmodum obseruatum est olim à doctissimo Episcopo.

55. ad quæ Glossatores Gratiani subiunxerunt hanc notam, Hæc B. Ambrosij verba quæ Berengarius Catholicis obijciebat, accuratè explanantur à Guitmundo Lib. 3. Et ab Algero l. 1. c. 7. Lanfrancus autem non modo ea optimè interpretatur sed etiam addit in quibusdam Codicibus sic legi. Si igitur tanta vis est in sermone Domini Iesu vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt quæ erant in aliud commutentur. *Hic est ille Lanfrancus qui sacras Scripturas & scripta sanctorum Patrum, vt ait Bostonus noster, correxit & commutauit.*

8.

Ambr. de Sacram. lib. 6. capite vltimo verbis penultimis. *Auctoritatem maximam obtinent libri Sacramentorum, scripti ab Ambrosio vel nouiter ad fidem conuerso, vel saltem recenter à rostris ad pulpita, à tribunali ad suggestum raptato, id quod ex sequenti periodo abunde patet.* Docuimus, (inquit) pro captu nostro forsitan quod *non* didicimus, quod si didicimus vt potuimus expressimus. Sanctitas vestra sacerdotalibus institutis formata elaboret tenere quod accepit à Domino.

Forsitan quod à Domino didicimus & vt potuimus expressimus sanctitas vestra —laboret— à Deo exc. cod.

9.

Liber de dignitate Sacerdotali (*si quid ego rectè auguror*) *non est Ambrosij purus putus; argumento est mihi* caput tertium, *in quo stylo Bernardino prosequitur Auctor institutum suum per multarum sententiarum periodos. Cuius generis sunt ista.* Ne sit nomen inane, & crimen immane. Ne sit honor sublimis & vita deformis. Ne sit deifica professio & illicita actio, & quæ sequuntur. *Nunquid hæc Ambrosium olent scriptorem Ecclesiæ grauissimum & solidissimum, sed potius in scriptorem leuiorem sæculo Bernardino scriptitantem cadunt.*

10.

Ambr. de virginibus l. 3. p. 485. in fine illius paginæ, *habemus sex lineas supra centum superadditas & intextas operi Ambrosiano, de quo statueram apud me nihil effari nisi quod sciolus quisquis fuerit, locutus sit bene multa* de sacramento mysterij ablutionis pedum.

Hæc dicta sunto de Ambrosij operibus, non minus corruptis quam Cypriani, sequitur Gregorius *de quo necesse habeo ea inculcare atque repetere quæ extant in libro nostro cui Titulus* Vindiciæ Gregorianæ, *quia edoctus sum ab amicis, adhuc in Anglia non prostare multa eiusdem libri exemplaria.*

OBSERVATIONES EX operibus B. Gregorij Romæ apud Dominicum Basam 1586. accuratissimè recognitis.

1.



Oco 1. Ep. ad Leandrum. c. 1. p. 305. *Illud* sæcularem habitum contemnere *pro* sæculari habitu contegi *vt habent Mss. patet deprauatum fuisse ab aliquo* Monastices *studioso.*

2.

Loco. 147. lib. 19. Moral. p. 723. c. 22. A. 7. Qui ergo veniente sapientia inuenti sumus, quid boni operis dedimus quo accipere eandem sapientiam mereremur.

Lectio genuina est ex Mss. qui ergo veniente sapientia impij inuenti sumus, &c. *Sed expuncta vox* impij, *& elumbata sententia* Gregorij, *scilicet, quia sic fortius impugnabat* merita.

3.

Loco 198. lib. 24. Moral, p. 849. c. 6. D. 2. Quia præueniente diuina gratia in operatione bona nostra liberum arbitrium *sequimur*, nosmetipsos nos liberare dicimur, qui liberanti nos domino consentimus.

Liberum arbitrium sequitur *legit verus Gregorius, sed reposuerunt Romanenses* sequimur *ad eneruandam eius* de gratia efficaci *sententiam.*

4.

Loco 554. pag. 19. l. 1. ep. 33. B. 3. Considera iudicium Dei quod mereatur qui semetipsum Deo vouit, continuoque mundi desiderijs irretitus, mentitus est quod vouit.

Hæc omnia desunt in Mss. & apud Io. Diaconum. Lacinia adiecta ab aliquo Monastices *studioso. Citatur à Bell. to. 2. Lib. 2. c. 27.*

5.

Loco 556. l. 1. ep. p. 21. ep. 40. D. 1. Si quos — *qualibet occasione* à clericatu in monachicam conuersionem venire contigerit, non liceat eis ad eandem vel aliam Ecclesiam quarum pridem milites fuerant, sua voluntate denuo remeare.

Cit. à Coccio de vita Monast. p. 363. Hac verba, qualibet occasione, *addita sunt ad amplificandum* Monachatum.

6.

Loco 663. pag. 138. ep. 38. l. 4. ex. A. 10. & bonorum operum luce, *& miraculis* coruscant.

Supposita hac vocula & miraculis *ab aliquo* miraculorum *Architecto.*

7.

Loco 665. pag. 138. B. 10. l. 4. ep. 38. Nemo se vnquam vniuersalem *vocare* voluit.

Pro vocari: *vt excusentur successores Gregorij qui dum se seruos seruorum vocant ipsi, vocari tamen non modo sinunt, sed volunt ab omnibus* vniuersales et domini dominantium *&* Vice Dei.

8.

Loco 857. pag. 286. ep. 117. l. 7. Indict. 2. D. 1. *Clausula,* Nisi forte vbi maior est auctoritas, *qua ex margine Papist. irrepsisse videtur in textum, quo animo, & cuius auctoritate, non est obscurum.*

9.

Loco 874. ep. 127. l. 7. A. 6. Ind. 2. De claui à sacratissimo B. Petri corpore.

Fragmentum hocce producit Bell. To. 1. de translat. imperij Rom. l. 1. c. 13. pro reliquijs & consecratione, *& Cardillus Villalp. ad probandas* indulgentias. *Disp. 6, contra protestationem Augustl. confessionis: cum non extet in Mss. cod.*

10.

Loco 616. pag. 97. ep. 9. E. 4. & Loco. 623. p. 106. ep. 26. l. 3. B. 4. De ministro Confirmationis *corrupte habet Rom. Editio* baptizatos *pro* baptizandos; *vide Bell. de Confirm. l. 2. c.* 12.

11.

Loco 664. pag. 138. ep. 38. l. 4. B. 8. Certe Petrus Apostolus *primum* membrum Sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ est. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularum sunt plebium capita, & tamen sub vno omnes membra sunt Ecclesiæ.

Videtur ἐμφατικώτερον *si sic legant, quam vt habent Mss. Petrus Apostolorum* primus *membrum S. Ecclesiæ vniuersalis, vt præparetur locus progressu temporis intromittenda Stapletoni imposturæ de qua consulendus liber* de Corruptelis Patrum, p. 59. part. 2. *Corrupte citat hunc locum Theod. Petreus Confess. Gregor.* l. 1. pag. 93. *quo probet* Petrum esse fundamentum Ecclesiæ.

12.

Loco 666. Rex superbiæ prope est, & quod dici nefas est, sacerdotum est preparatus *exitus.* p. 138. ep. 38. E. 4.

Nobilissima corruptio pro Sacerdotum ei preparatur exercitus. *Bellarminum mire premebat hic locus ante nuperum inuentum styli Vaticani, quia alias*

non passus fuisset se contrudi in istas angustias. Vide Bell. de Rom. Pont. lib. 3. cap. 13.

13.

Loco 600. pag. 76. ep. 38. Priuilegium Monasterio S. Medardi l. 2. Ind. 11.

Citatur à Bell. de Rom. Pontif. l. 2. c. 19. pro articulo fundamentali pontificiæ fidei. De primatu Rom. sedis, & iure excommunicandi vel deponendi Reges in casu 9. *Citatur item à Coccio To. 2. p. 726.* pro Altaribus & luminaribus, *& inseruit egregie Pontificijs athletis cui superstruant alios articulos: sed cum non sit in Mss. necesse est vt sublato fundamento corruat ædificium.*

14.

Loco 806. pag. 254. l. 7. Ind. 2. E. 10. *suppostitium fragmentum quod allegatur* pro traditionibus, *à Theod. Petr. lib. 1. Confess. Greg. c. 8. p. 89.*

15.

Loco 807. p. 256. ep. 54. l. 7. Ind. 2. C. 1. *Suppositiium fragmentum* pro Imaginibus.

Citatur solenniter inter palmaria argumenta à Bell. de Imaginibus Sanctorum l. 2. c. 10. 12. & 16. à Coccio To. 1. p. 560. à Theod. Petreio Confess. Gregor. l. 4. p. 284. & ab alys.

16.

Loco 834. pag. 273. l. 7. ep. 96. Mastiloni *suppositiia, quam citat Coccius To. 1. p 475. pro* Sanctorum intercessione.

17.

Loco 1016. pag. 379. ep. 30. l. 10. *suppositiia quam citat Bell. de Pontif. Rom. l. 3. c. 11. & de Ecclesia l. 1. c. vlt. vt probet* iuramentum præstandum Pontif. Rom. *sic Gratian. causa 1. q. 7. c. 9. Petr. l. 1. p. 50.*

18.

Loco 1055. pag. 408. ep. 44. l. 11. C. 5. *eiusdem farinæ est: quam citat Bell. in ep. ad Blackwellum ad conuellendum* ius regium.

19.

Loco 1060. p. 414. ep. 53. l. 11. D. 1. *quam citat Bell. de Clericis l. 1. c. 28. pro* exemptione Clericorum, *deest in Mss.*

20.

Loco 1061. ep. 56. l. 11. *Ep. suppositiia qua citatur à Gratiano d. 11. q. 1. c. 38. in eundem finem.*

21.

Loco 1069. pag. 424. ep. 9. l. 12. *quam in subsidium vocat Coccius To. 2. p. 551.* pro vsu Cereorum, *desideratur in Mss.*

Restant & aliæ Epistolæ 160. plus minus suppositiiæ, quas si quis vellet excutere paulo enucleatius, eum non latebit quem in finem scriptæ sint & cui bono.

DE CORRVPTELIS IN Iure Canonico per Fabrum & alios emendato, & Greg. 13. Pontificis Max. iussu edito, prætermissis etiam ab Ant. Augustino nisi fallor oculatissimo recognitore.

1.

DIst. 2. c. 4. Constitutio vel edictum est quod Rex vel Imperator constituit vel edicit.

Dolo malo omissa est vocula tantum, *quod Rex* tantum *vt via pararetur Constitutionibus Papalibus.*

2.

Dist. 4. c. 4. Statuimus, vt septem hebdomadas *plenas* ante S. Pascha omnes clerici — ieiunent.

Quid opus est voce plenas, *quam omnes Mss. respuunt Ecclesiæ praxi semper existente in contrarium.*

3.

Dist. 8. c. 1. Sed quid nobis & Imperatori? sed iam dixi de iure humano agitur, & tamen Apostolus voluit seruiri regibus, voluit honorari reges, & dixit Reges reueremini.

Agit Gratianus de obedientia præstanda Regibus & Imperatoribus, qui præter Ecclesiæ Catholicæ communionem vsurpant sibi nomen Christianum. Repone itaque vt habeas integram sententiam Gratianicam. Sed dicitis quid nobis & Imperatori? Sed vt iam dixi de iure humano agitur. Apostolus voluit seruiri Regibus, voluit honorari Reges, & dixit *omnibus* Reges reueremini. *Perperam omissa est vox omnibus, Qui dicit omnes, dixit nonnullus, neminem excipit.*

4.

Dist. 8. c. 2. Regi — in Ciuitate — contra societatem non obtemperatur.

Egregiam vero sententiam, pro Patribus ac fratribus Regicidis ex societate Iesu pratensis; sed longe aliter se habent verba in Mss. contra societatem fit si non obtemperatur. *Discite iustitiam moniti & non temnere Reges.*

5.

Dist. 9. c. 1. Quicunque ergo legibus Imperatorum quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult acquirit grande supplicium; quicunque vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur,

runtur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium.

Hac sententia iugulum petit doctrinæ Pontificiæ in negotio religionis de legibus Ecclesiasticis condendis ab Imperatoribus: itaque duobus modis aggrediuntur hunc locum: Primò, posteriores Gratiano inusserunt stigma Paleæ his verbis, neque his tantum, sed vniuerso capiti, cui per ergo *agglutinatum est: & subdiderunt hanc perfidam notam.* In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus nullæ, aut paucæ sunt, Palea hoc loco habetur tantum à verbo *quicunque* vsque ad verbum, *Nam & temporibus (hoc est integra sententia antecedens Paleata est) vt ita dicam.* In alijs autem in quibus sunt, habetur integrum hoc caput & sine nota Paleæ. *Attendite prudentiam istorum homuncionum seu potius perfidiam: subductis rationibus & collatione facta cum Mss. Anglicanis, duæ priores sententiæ.* Nam & temporibus, & Imperatores quando *non habentur in antiquis membranis, sed ex recentiori officina prodierunt. Ceterum hec sent.* Quicunque legibus *expuncta voce illatiua* ergo *habetur sed sine nota Paleæ. Sed gratias Iuoni, qui legit quidem hæc verba, sed rapit in contrarium planè sensum in illa eleganti sua* Pannormia *commutando verba Augustini in sensum Papisticum hoc modo.* Quicunque legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult acquirit *grande præmium.* Quicunque legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit *grande supplicium. Videtur Iuonem secutus Gratianus, qui, toties in illo suo rhapsodico scribendi genere, commutauit auctores bonos, nomina, prænomina, Concilia, Pontifices, regiones: imo potius contaminauit, & conturbauit rectum ordinem verborum, vt non cognoscas eadem esse. Quis cœlum terræ non misceat, cum ista viderit portenta hominum, tormenta librorum.*

6.

Dist. 10. c. 12. *Appositus est Titulus eiusmodi.* Leges Rom. Principum seruandæ sunt ab omnibus. *Antiquissimi Codices in Collegio Nouo, qui non longo absunt ab illo sæculo in quo vixit Gratianus, habent eius contrarium.* Seruentur ab omnibus Romanorum Pontificum leges, *& opinor in ea heresi fuisse Gratianum, cuius cum puderet posteriores scribas, commutarunt verba, ne alias directe contra verba capitis militasse viderentur: eiusmodi commutationes habemus bene multas, vel apud Augustinum Tarraconensem indicem: sed forte dices, secutus est* κατὰ πόδα *Iuonem in Panurmia auctorem minime malum, si dijs placet, vel displicet potius.*

7.

Dist. 15. c. 3. De Concilio Gelasiano Romæ cum 70. Episcopis, *ab Item gesta Sanctorum Martyrum* in exordio pæne capitis vsque ad finem eiusdem, omnia absunt à plerisque (dicas omnibus Anglicanis) vetustis Gratiani codicibus, *inquiunt, Correctores Romani. Sunt tamen eiusdem Gelasij vsque ad verbum* cæterum qui libri, *& apud Buchardum & Ioannem, referuntur proximè post superiora. Esto, decreuit ista Gelasius: cedo exemplar istius Decreti Ms. Transcriptum integrum dubio procul, non extat apud Gratianum, habemus confitentes reos. Quis aut adtexuit bellum*

 hoc

hoc fragmentum operi Gratianico qui primus inuexit fictitiam Constantini Donationem. Nam abunde probatur Donatio Constantini ex actibus Syluestri Apostolicæ sedis præsulis, licet eius nomen ignoretur. Egregiam vero probationem, Commentitiæ Donationis per fictitium Gelasium. Videamus iam cui bono Per gesta Rom. Cuirici & Iulitæ, sicut Gregorij aliorumque huiusmodi passiones; lucrati sunt infinitas animas simplicioris plebeculæ, per Constantini Donationem occidentales regiones penè omnes. Vultis amplius? per hæc figmenmenta hominum maleferiatorum, dominati & superdominati sunt in animis hominum, in orbe Christiano, in temporalibus, in spiritualibus.

8.

Dist. 24. c. 1. Nullus Acolythorum. *Hoc caput notatur sub nomine* paleæ, *& continet quadam verba quæ non sunt in Synodo Rom. sed* apud Buchardum & Iuonem, *modo probandi familiari apud Pontificios: hem probatores optimos, sed quicquid horum tetigero vlcus est; sed à me tamen partim antea apertum, & postea in reliquis vlterius aperiendum.*

9.

Dist. 25. c. 5. ex Aug. in libro de vera & falsa penitentia *sic ratiocinatur quisquis is fuit qui paleam hanc contexuit.* Qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic autem ignis etsi æternus non sit, miro tamē modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam aliquis passus est in hac vita vel pati potest.

Dicite Io Pæan, inueni iam Purgatorium toties à me quæsitum, & terrificas flammas: sed apage cum istis nugamentis, hæc verba non sunt in originali sed is à quo conditum est Purgatorium audax aliquis nuper ingressus Patricij Purgatorium, is auctor est huius libri de vera & falsa penitentia. *Edite aliquod testimonium ex genuino Aug. quod directè sonet Purgatorium Pontificium, & me victum dabo.*

10.

Dist. 11 *immediatè post caput primū, sequitur post illa verba,* ratio vincat, Imperator Constantinus omni nouatione cessante vetustatem, & Canones pristinos quos nunc vsque tenuerunt, & per omnes Illirici prouincias seruari præcipimus, vt si quid dubietatis emerserit, id oportet non absque scientia viri reuerendissimi sacrosanctæ legis Antistitis vrbis Constantinopolitanæ (quæ Romæ veteris prerogatiua lætatur) conuentui Sacerdotali sanctoque iudicio reseruari. Si Ecclesiasticū sit delictum, Ecclesiastica castigatio vel mulcta, solius Episcopi erit: hoc & Ecclesiastice examinare, emendaret animas delinquentium, secundum diuinas regulas quas ciuiles Reges non dedignantur sequi. Talia enim negotia omnino ciuiles iudices scire non debēt. Lucem legum obtineāt Ecclesiæ Regulæ, quæ confirmatæ sunt à quatuor Concilijs; Nicæno scilicet trecentorum, & octodecim, Constantinopolitano sanctorum centum quinquaginta Patrum, & Ephesino primo, in quo Nestorius damnatus est, & Chalcedonensi in quo Eutyces cum Nestorio anathematizatus est: secundum quorum definitiones, senioris Romæ Papa,

primus omnium sacerdotum, a quo secundum tenet locum Constantinopolitanus Episcopus omnibus alijs sedibus præponendus, qui in subjectis sibi prouincijs locum obtinet sedis Apostolicæ Romæ, secundum ea quæ definita sunt a sanctissimo Papa Vigilio, & omnes subjectos sibi ordinabit, ipse autem a proprio ordinabitur Concilio.

Hæc omnia ad verbum transsumpta sunt ex Mso codice Gratiani in Bibliotheca Publica.

11.

Dist. 56. c. 2. Osius Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucundi præsbyteri. Felix Papa filius Felicis præsbyteri de titulo Fasciolæ. Agapitus Papa filius Gordiani præsbyteri. Theodorus Papa filius Theodori, Episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius Papa filius Siluerij Episcopi Rom. Deus-dedit Papa filius Stephani subdiaconi.

Huic capiti tam aperte facienti pro legitimo Matrimonio sacerdotum in aliquo vetusto Gratiani codice adscribitur nomen Palea: sed verum amo & verum volo à me dici. Caput hoc in omnibus Gratiani codicibus apud nos mutatis mutandis refertur, sed sine nomine Paleæ, & mutatum est nihil in gratiam Pontificiorum. Notationi itaque in hoc Caput vel Paleam (vt ipsi loquuntur) non est temere fides habenda sed cohibenda potius.

12.

Dist. 63. c. 31. & 32. De electionibus Pontificum Rom. per Imperatores *pro* Paleis *habentur, quamuis extent in vetustissimis Gratiani codicibus. Familiare est Correctoribus Rom. vt siquid ad palatum non sapiat,* Paleæ *nomine indigitent.*

13.

Dist. 77. c. 8. *Verba illa desumpta ex* Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam de præsbytero non ordinando, si pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, si seruili aut originariæ non est conditioni obnoxius, si curiæ jam probatur nexibus absolutus, si assecutus est literas, sine quibus vix fortassis ostiarij possit implere ministerium: *non alio nomine in Mss. innotuerunt nobis, nisi sub nomine* Paleæ, *et hæc* de impedimentis Canonicis *nota fuisse Gratiano, nisi melius probetur per testes omni exceptione maiores, mihi religio est dicere.*

14.

Dist. 91. c. 2. De horis canonicis ex Concilio Nannetensi dicendis *non habetur in Mss. & merito* Paleæ *nomine insignitur.*

15.

Dist. 96. c. 14. De Constantini Donatione, *cui principium,* Constantinus Imperator, *nihil dicam nisi quod a Correctoribus Romanis primi dictum sit, scilicet* Hæc palea in multis habetur exemplaribus in quibus aliæ paleæ esse non solent. *Palea est, hoc est, abest a Codicibus Anglicanis et palea erit in æternum nisi contrarium probetur*

16.

Decret. 2. part. causa 2. q. 6. c. 16. Ideo huic sanctæ sedi præfata privilegia specialiter concessa sunt, ut ab ea omnes auxilium oppressi & injuste damnati restitutionem sumant.

Jactent licet Pontificij privilegia sua, dicantque hoc Caput haberi in vetustis Exemplaribus in quibus paleæ esse non soleant; pro palea tamen habetur & vento vetustissimorum Codicum citò dissipabitur.

17.

Decret. 2. part. causa 3. q. 6. c. 6. ex Epistola Damasi Papæ Stephano Archiepiscopo, *quæ non est (vt mea fert sententia) in rerũ natura, habentur hæc verba.* Discutere Episcopos & summas Ecclesiasticorum negotiorum causas, Metropolitano vnà cum omnibus comprouincialibus licet, sed definire eorum atque Ecclesiasticarum summas querelas causarum vel damnare Episcopos, *absq; huius sanctæ sedis authoritate, minime licet, quam omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet.*

Hæc verba desiderantur in Mss. & tamen Paleæ *nomen illis non est præfixum, cum tamen nota subiuncta testetur,* Caput hoc in aliquot vetustis exemplaribus non haberi, neque in ipsum adesse glossam.

18.

Decret. 2. part. causa 3. q. 6. c. 16. Vltra prouinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur. Omnis accusatio intra prouinciam audiatur & à comprouincialibus terminetur, *nisi Prælatus sit qui accusatur.*

Hæc postrema verba sunt addita ab aliquo sciolo glossematis loco.

19.

Decret. 2. part. causa 3. q. 9. c. 7. *habetur* ex Damaso *palea eiusdem farinæ.*

20.

Decret 2. part. q. 24. c. 15. *verba vltima.* Si vero vestra Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est quæ ejus non sit subjecta ditioni, *Romanos fautores habent, sed absunt a Mss.*

21.

Decret. 2. part. Causa 33. c. 17. Mulier nec docere —— potest nec testis esse neque fidem dare nec judicare, *quanto magis non potest imperare?*

Verba vltima, adiecta ab aliquo Gallicæ Gentis, Salicæ legis studioso, non extant in Mss.

22.

Decret. 3 part. De Consecrat. Dist. 1. c. 71. Inuenimus has nouem præfationes in sacro Catalogo tantummodo recipiendas *quas longa retro vetustas in Romana Ecclesia hactenus seruauit.*

Verba quas longa *& quæ sequuntur, non habentur in Mss. vt neque illa quæ sunt in fine capitis, in vltima clausula,* Has præfationes tenet & custodit

custodit sancta Romana Ecclesia: has tenendas vobis mandamus. *Agitur de præfationibus in missa cantandis.*

23.

Decret. 3. part. Dist. 2. c. 1. De vino aqua permiscenda (*vt a patribus accepimus & ipsa ratio docet*) Locupletatum est, *inquiunt*, caput hoc ex originali & cæteris collectoribus, præter Anselmum, qui habet vt antea Gratianus habebat.

Quis dedit Correctoribus Romanis hanc authoritatem addendi & minuendi pro arbitrio ipsorum? ego Gratianum cupio purum putum videre, quemadmodum opera ipsius approbata sunt ab Eugenio Papa sine locupletationibus aut additionibus aliorum.

Hæc sphalmata in Iure Canonico præteriens quasi obseruaui: non dubito quin huiusmodi corruptelarum chyliades vel myriades potius habituri sumus post diligentem collationem totius operis Gratianici, nos autem heremus adhuc in porticu & vestibulo quasi, nondum perlectis & collatis 26. distinctionibus.



OBSERVATIONES EX AVCTORE OPERIS IMPERFECTI edit. Basil. 1547.

PRæterquam quod inuenimus Octo integras Homilias *in excuso, quæ non sunt in Mss. & totidem fere in Mss. quæ non sunt in excuso.*

1.

Homilia 8. Miracula virtutum ædificant animas *secundam* verba pietatis.

Sic mirabiliarij ex Authore corrupto, corrigendo vtique ex Mss. omnibus in hunc modum.

Non miracula virtutum ædificant animas, *sed* verba pietatis.

2.

Hom. 11. Si ergo hæc vasa sanctificata ad privatos vsus transferre sic periculosum est, *in quibus non est corpus Christi, sed mysterium corporis eius continetur.*

Vltima hæc verba Transubstantiationem penitus euertentia, deleta sunt & dispuncta in editione operis Antuerpiana in 8. *Anno* 1537: *extant in omnibus Mss.*

Hom. 6. Quia [Iesus] si non fuisset baptizatus a [Ioanne] alios baptizare non poterat, quomodo autem nudus vestiat nudum, & quomodo mendicus faciat alterum diuitem? sic & ipse qui baptizatus non est, quomodo alteri potest baptismum dare? Secundum hoc & de hæreticis dicimus; quia vbi est fides, illic est Ecclesia: vbi Ecclesia, ibi sacerdos: vbi sacerdos, ibi baptismum: vbi baptismũ, ibi Christianus. Vbi autem fides non est, ibi nec Ecclesia est: vbi Ecclesia non est, nec sacerdos: vbi sacerdos non est, nec baptismum: vbi baptismum non est, nec Christianus fit aliquis. Quid ergo reprehendit quasi secundum baptismum, qui non intelligit quod est primum?

Hæc de fide & Ecclesia, quia non sunt ad gustum Ecclesiæ Romanæ, veluti Arrianam hæresin sapientia, expuncta sunt in Editione antedicta.

Restant nonnullæ haud pœnitendæ obseruationes in istis Commentariis, Romana id est plusquam punica fide purgatis a Monachis impudentissimis, editione operis Antuerpiana, 1537. a facibus, vt loquuntur, Arrianorum; Siquidem hoc prætextu pulcherrima passim veritatis testimonia expunxerunt, quæ deinceps Deo volente commodaque oblata occasione in posterum notabimus: sed speciminis gratia sufficiant hæc paucula, raptim à me transcripta.

SPICILEGIVM LECTIONUM diuersarum, si non aduersarum in authoribus antedictis.

Cyprianus Par. 1567.	*Mss.*
1.p.37.col.1.Absẽs *tamẽ corpore*	Sed *tamen corpore.*
2.p.54.c.1.*Patientia*	Impatientia.
3.p.75.c.2.*Optantibus*	Nec *optantibus.*
4.p.76.c.2.*Vestris*	Nostris.
5.p.81.Nec *legi debẽt* nec *audiri.*	Et *legi debent* & *audiri.*
6.p.82.c.1.*Perseuerant*	Supersederunt.
7.p.82.c.1.*Ad plebem*	Non *ad plebem.*
8.p.93.*Resedisse*	Recessisse.
9.p.167.c.2. *Excommunicatione*	Communicatione.
10.p.171.c.2. *Onere*	Honore.
11.p.172.*Volentium*	Nolentium.
12.p.193.c.2.*Factus* non *est*	Factus est.
13.p.199.c.1.*Vobis.*	Nobis.
14.p.201.c.2.*Defendunt*	Deserunt.
15.p.203.c.2.*Perfide*	Per fidem.
16.p.205.c.1. *Est*	Non *est.*
17.p.213.c.1.*Possint*	Nesciunt.
18.p.213.c.1.*Possunt*	Non *possunt.*
19.p.242.*Deerat*	Non *deerat.*
20.*Ib.*non *credentibus.*	Credentibus.
21.p.296.c.2.*Vobis*	Nobis.
22.p.317.c.2.*Tamen*	Nec *tamen.*
23.p.333.c.1.*Tuo*	Meo.
24.p.335.c.1.*Impotens*	Potens.
25.p.346.c.1.*Mea*	Tua.
Ambr.Par. 1603.	
26.to.1.p.35.*Opio.*	Apio.
27.to.2.p.929.*Iustus* non *esse*	Iustus esse.
28.p.1122.*In* omni *vano*	Non *in vano.*

29.*To.3.p.150.Circumcisus*	Incircumcisus.
30.*Ib.p.252.Defendent*	Accusabunt.
31.*Ib.p.253.Apparuit*	Non *apparuit.*
32.*Ib.p.264.Sub lege sunt*	*Sub lege* non *sunt.*
33.*To.4.p.125.Interpretabilis*	Ininterpretabilis.
34.*Ib.p.125.Differens*	Indifferens.
35.*Ib.p.190.Meritis*	Non *meritis.* ☞
36.*Ib.p.362.* Non *habeat*	Habeat.
37.*to.4.p.378.à Domino*	Non *à domino.*
38.*Ib.p.461. Si non* nubat (*sc. virgo*) *aterna est.*	*Si non* peccat, *aterna est.* ☞
Greg. Roma 1588.	*Mss.*
39.*to.2.p.305. sæcularem habitum contemnere*	Sæculari habitu contegi. ☞
40.*p.311.c.4. Vilioris.*	Validioris.
41.*p.342.c.15.Reprobent*	Probent.
42.*p.415.c.16.Timida*	Tumida.
43.*p.416.c.17. Nonnullis*	Nullis.
44.*p.460. c.7.Proiectus*	Prouectus.
45.*p.468.c.14. Terrena*	Æterna.
46.*p.479. c.3. Ad* eorum *spatiū*	*Ab* eodem *spatio.*
47.*p.484.c.7. Figitur*	Non *figitur.*
48.*p.476.c.8. Intuetur*	Non *intuetur.*
49. *Ib.Respicit*	Non *respicit.*
50.*p.515.c.6.Definiendo*	Deficiendo.
51.*p.615.l.14. Incognitis*	cognitis.
52.*p.646. c. 12.l.15. Remansit*	Non *remansit.*
53.*p.647.c.13. Consummantur*	Consumantur.
54.*p.665.c.4.l.16. Firmari*	Infirmari.
55.*p.688.c.4.l.17. Æquitate*	Iniquitate.
56.*p.727.c.27.l.18. In doctis*	Non *in doctis.*
57.*p.774.c.18.l.20.Iustitia*	Iniustitiæ.
58.*p.778.c.23. Indignum*	Dignum.
59.*p.781.c.26. Volentem*	Nolentem.
60.*p.793.c.9.l.21. Inimici*	Amici
61.*p.809.c.7.l.22. omnimodo*	Non omnino.
62.*p.816.c.14. Ventrem*	Mentem.
63.*p.818.c.15.l.22. Iniustum*	Iustum.
64.*p.818.c.15.Dolent*	Non *dolent.*
65.*p.819.c.17. Auaritia*	Non *auaritia.*
66.*p.837.c.13.l.23.Non propriè*	Propriè.
67.*p.844.c.3.l.24.Auertit*	Aduertit.

68.*p*.858.*c*.11.*Æternis*	Externis.
69.*p*.868.*c*.7.*l*.25.*Fugiunt*.	Faciunt.
70.*p*.889.*c*.14.Ib. *Visibiliter*	Inuisibiliter.
71.*p*.896.*c*.19.*Cognouerat*	Non nouerat.
72.*p*.903.*c*.26.*Innocentes*	Nocentes.
73.*p*.954.*c*.2.*l*.29.*Mortalitate*	Immortalitate.
74.*p*.975.*c*.16.Ib.*Fide* sine *opere*	*Fide* contra opera.
75.*p*.1249.Hom.4.in Ezec. *terrena*	Æterna.
76.In Ezech.Hom.16.*Non fuit*	*Non* defuit.
77.*p*.1347.hom.17.*Demonstratur*	Non *demonstratur*.
78.*p*.1357.hom.18.*Essent*	Non *essent*.
79.hom.19. in Euang. *Incompositis*	Compositis.
80. hom.35.*p*.101. *jntra*	Extra.
81. Past.cur.*p*.161.*c*.10. *Malitia*	Non *malitia*.
82.Ib.*p*.162.*c*.10. *Incircumspectis*	Circumspectis.
83.part.3.adm.14. *Sunt consumpta*	Non *sunt consumpta*.
84.Ib.*p*.179.adm.17.*Ferro*	Sine *ferro*.
85.Ib.*p*.183.adm.21.*Nimié*	Minimé.
86.Dial.*l*.1.*p*.214.*c*.4.*donū ex opere*	Non *donū ex opere* ☞
87.Lib.ep.1.*p*.6.ep.9. *Volumus*	Nolumus.
88.*l*.1.*p*.15.ep.24. *Immoderatam*	Moderatam.
89.*l*.2.*p*.43.*ep*.8.*Congrua*	Incongrua.
90.*l*.2.*p*.55.*ep*.34.*Iuste*	Iniuste.
91.*l*.2.*p*.84.*ep*.52.*Nolo*	Volo.
92.*p*.168.*Ep*.31.Non *inuenitur*	Inuenitur.

In Authore operis imperfecti. Basil. 1547.	*Mss.*
93.*p*.776.*Potest esse filius Dei*	Non *potest esse filius Dei*.
94.*p*.794.*Miracula*	Non *miracula* ☞
95.*p*.795.*Terrena*	Æternæ.
96.*p*.860.*Prævalentibus*	Non *prævalentibus*.
97.*p*.872.*Condemnat*	Non *condemnat*.
98.*p*.920.*Quasi prophetam*	*Non* quasi *prophetam*.
99.*p*.1002.*Si intelligunt*.	*Si* non *intelligunt*.
100.*p*.985.*Iniustus*	Iustus.

Cum Authores antedicti, ac reliqui omnes sint tot in locis & tam fœdum in modum corrupti, viderint Theologi quotquot bene volunt rei literariæ, annon libri Theologici non tam postulent quam flagitent reuisionem tantopere quæsitam.

Centuria

Centuria Secunda

Diuersarum Lectionum, siue VINDICIÆ CYPRIANICÆ:

Collatione facta cum Mss. Oxoniensibus.

Duobus in Collegio, quod vulgo Nouum dicitur:
Tertio in Collegio Lincolniensi; *&*
Quarto in Bibliotheca Publica;

Ad Exemplar:
Parisijs quam accuratissime recognitum apud SEBAST. NIVELLIUM via *Iacobæa* sub Ciconijs. 1607.
Post *Paulum Manutium* & *Gu. Morelium.*

1.

EPist. 1. Donati ad Cyprianum.
Deest in Mss. a. b. c. d.

2.

Ep. 2. Cypriani Donato. *Animum* simul & auditus instruit & pascit obtutus.

Leg. pro animum, animam *ex Mss. a. b. c. d. Vulgò recepta erat hæc lectio vel apud Pamelium indicem, n.* 4.

3.

Eadem ep. l. 8. p. 6. *Ergo* cum in tenebris atque in nocte cæca jacerem.

Legunt Mss. a.b. c. conformiter ego.

4.

Ead. ep. p. 6. c. 2. l. 49. in medelam *dolentium vulnerum* posse venenorum virus extinguere.

In medulla adolescentium *Ms. a.* In medela languentium *Ms. b. Omittunt vero* vulnerum *Mss. a.b. c. quo magis miror Remboldum (quem secutus est Erasmus) corruptæ lectionis accusari à Pamelio n.* 8.

Ep. 2.

5.

Ep.2.p.7.c.1.l.47.Scelus non tantum geritur sed docetur.
Sed & *docetur. Mss.a.b.c.*

6.

Ep.2.p.7.c.2.l.4. Hoc proh dolor mater redimit.
Mss.a.b.c. & *redimit.*

7.

Ep.2.p.7.c.2.l.7. Conuerte hinc vultus ad *diuersa* spectaculi non minus pœnitenda contagia.
Habent Mss. omnes a.b.c. diuersi. *Habent & excusi omnes, si verus sit Pamelius n.* 28.

8.

Ep.2.p.7.c.2.l.11. Cothurnus est tragicus prisca facinora *carmine* recensere.
Prisca carminum *facinora recensere.Mss. a.b.c. suffragantibus & alijs duobus. Pam. n.*29.

9.

Ep.2.p.8.c.1.l.8. Fiunt quæ nec illis *ipsis* possunt placere.
Mss.a.b.c. Anglicani, Morelius & Mss. aliquot transmarini habent quæ nec illis possunt placere. *Pam. n.*36.

10.

Ep.2.p.8.c.1.l.34. Incisæ sint licet leges 12. tabulis & *publicè* ære præfixo jura præscripta sint.
Nos (*inquit Pam. annot.* 39.) locum hunc antea corruptissimum ita restituimus é Codice Cambronensi & alijs. *Quid ita?* Quia antea legebatur Publico ære præscripto, &c. *Si corrupta sit hec lectio, est vetustas erroris : sic enim legunt Mss.quos habemus codices omnium antiquissimi a. & b.*

11.

Ep.2.p.8.c.2.l.3. De *quæstore* de iudice pauor nullus.
Miratur iterum Pamelius, quare legat Gryphius ac eum secuti Manutius ac Morelius de quæsitore. *Desine mirari mi Pameli, Hanc lectionem firmant Mss.a.b.c.& si rem recte reputes, ratio ipsa suadet.n.*42.

12.

Ep.2.p.8 c.2.l.42. *Auceps* temporum, palpator abscessit.
Mss.a b. Affliginiensis ac excusi reliqui omnes anceps : *non male, vt mea fert sententia. Pam. n.*46.

13.

Ep.2.p.9.c.1.l.6. Non cibus *securo* somnusue contingit.
Pro securo *habet Morelius* securos, *suffragantibus Mss a.c.*

14.

Ep.2. p.9.c.1. l.13. Et possideri magis quam possidere diuitias *atque opes.*
Atque opes *non agnoscunt Mss.a.b.c.*

15.

Ep.2.p.9.c.2.l.4. *Viderit* quæ in nos ——— insidiosa pernicies grassata sit.

Viderint *Mss.a.b.*

16.

Epist^a.3^a.Cleri Rom.ad Clerum Carthaginensem de secessu Cypriani.

Deest in Mss.omnibus, Magdalenensi codice excuso Spiræ 1478.*& Romæ* 1564. *nisi fallit me Pamelius noster, qui* epistolam hanc Morelio soli acceptam debet; neque enim apud Manutium aut in MS. cod.reperitur: *sunt ipsissima illius verba:* vnde factum est vt mendas quibus scatebat, expurgare non licuerit. *Nota itaque decima* de sepultura defunctorum juxta ritum priscæ Ecclesiæ Romanorum ex Clemente Rom. & Dionysio Areop. *non est digna notari. Dignum vero patella operculum: testes adulterini ad firmandam doctrinam epistolæ Apocryphæ.*

17.

Ep.4.Cypriani ad Clerum Rom. de dormitione Episcopi Vrbici.

Cypriani Romæ clero scribentis de redditione Episcopi Vrbici. *Mss.a b.*

18.

Ep.4.p.16 c.1.l.5. per *Clementium* Diaconum.

per Crementium *Mss.a.b.*

19.

Ep.4.p.16.c.2.l.12. nec qui scripserint

nec quis scripserit *Mss.a.b.*

20.

Ep.4.p.16.c.2.l.23. *& scriptura & subscriptio* an vestra sit, recognoscite.

Omnes tam Mss.quam excusi legunt, & scripturam & scriptionem: *non male, vel apud Pamelium iudicem. Rectius Mss. Anglicani a. b. habent* scripturam & subscriptionem.

21.

Ep.5. Cypriani ad Clerum de cura pauperum & quiete plebis.

Deest in Mss.a.b.c.d. & Magdalenensi veteri codice. Iactat Pamelius hanc epistolam reperiri in Ms. Harrisij codice: sed nihilo minus hanc Manutio & Morelio acceptam refert.

22.

Ep.6.Cypr.ad Clerum de cura pauperum ac Confessorum.

Eiusdem pene argumenti est cum præcedenti. Et meritò. Nam de hac quoque altum silentium apud Mss.codices.a.b.c.d.

23.

Ep.7.ad Rogatianum,&c.p.20.c.2.l.4. quibus fidei & virtuti vestræ verbis excellentibus *congratularer.*

Miratur etiamnum Censor Censorum Pamelius, cur vulgatam lectionem congratularer *non secuti sunt Manutius ac Morelius, cum reperiatur*

riatur etiam in Mss. & excusis veteribus. Animaduertat primò Editionem Romanam Parisiensi, Manutium Pamelio multis parasangis antestare. 2°. *Mss. Anglicanos quotquot ad manus meas peruenerunt omnes a. b. c. d.* gratularer *habere, non* congratularer, *& tandem desinat mirari Pam. n.* 3.

24.

Ep.7.p.20.c.2.l.29. Parum est adipisci aliquid potuisse, plus est quod adeptus *es*, posse seruare.

Hic versa vice laudat Criticus noster lectionem Manutianam ac Morelianam & suorum, qui reposuerunt adeptus es, *pro eo quod erat* adeptum est: *sed legendum est iuxta Mss. Anglicanos a.b.c.d.* adeptus est. *n.* 4.

25.

Ep.7.p.21.c.2.l.11. & illustrata *prius* membra turpi & infami concubitu suo maculent.

Hoc in loco Manutius & Morelius iterum incurrunt in reprehensionem Pamelianam. Quid ita? quia habent, *plus* illustrata membra, non rectè: forte (*inquit*) errore Scripturæ qui facile contingere potest in tanta literarum vicinitate. *Esto in alijs. Ceterum hanc lectionem confirmant Mss. omnes a.b.c.d.*

26.

Ep.9.p.27.c.2 l.5. Certent nunc singuli ad vtriusque honoris amplissimam dignitatem, *vt* accipiant coronas vel de opere candidas, vel de passione purpureas.

Sic Morelius. In reliquis vt *desideratur. Habeo confitentem Pamelium, testes veteres codices a.b.c.d. in quibus omissa est vocula* vt: *verene an an secus, viderint Theologi: ego in ea heresi sum, vt putem* vt *omittendum esse. n.* 25.

27.

Ep.10.p.29.c.2.l.1 qui me confessus fuerit coram hominibus.

Leg. cum Dun. & March. Afflig. Cauchij, excusis pene omnibus & Anglicanis a. & b. qui in me confessus fuerit, *repugnantibus licet Cambronensi cod. & Manut. n.* 3.

28.

Ep.10.p.29.c.2.l.45. quando ipsa mater nostra *ecclesia*. nu.15.

Desideratur in Dun. & Afflig. vox ecclesia, *& in Mss. a.b.*

29.

Ep.10.p.30.c.1.n.18. qui vt *secederem* iussit.

Refragantur Mss. transmarini & Anglicani a.b. qui vt sederem iussit. *Confirmat coniecturam suam de vera huius loci lectione ex Manutio & Morelio, quos pro libito suo pro nihilo habet: verum ego de veteri codice muto nihil.*

30.

Ep.10.p.30.c.1.nu.20.cum in sinum matris Ecclesiæ *recolligi* cæperimus.

Quanquam hoc loco Afflig. & Dun. codices, Manutius quoque & Morelius

Morelius legant colligi, *addo & Anglici duo a. & b. mutant tamen receptam lectionem ex vno Cambronensi codice, contra leges Criticorum.*

31.

Ep.10.p.30.c.1.nu.20. *ad* plebem literas feci.

Ex eodem cod. Cambronensi mutata est lectio, pro eo quod prius erat apud plebem: *vt habent Mss. a. & b.*

32.

Ep.11.p.30.c.1.nu.5. maturum & pacatum tempus *expectent*. *Ante* a Domino pacem mater prior assumat.

Afflig. & Dun. expectantes vt a Domino, *suffragantibus Mss.a.b.*

33.

Ep.11.p.32.c.1.nu.7. vt & *in nobis* Domini mandata incorrupta & inuiolata permaneant.

Illud in nobis *prætermissum a Manutio, rursus in locum suum restituit Corrector noster vnius Cambron. codicis auctoritate: non recte, cum id habeant reliqui omnes, vt videtur, & Mss. a.b. Et paulo post in eadem annot.* Ne facile tribuatur, *etsi omissum a Manutio & Afflig. Dun. & Cauchij codicibus, persuasus ab Helena sua Cambronensi codice, reponere in locum suum ausu temerario voluit. Per quam regulam?*

34.

Ep.11.p.32.c.2.nu.11. vt incerta & *cæca* petitio invidiam nobis postmodum cumulet.

Habent veteres excusi, quemadmodum & Mss. Afflig. & Dun. addo & Mss. a.b. incerta & certa. *Erasmus reposuit* incerta & cæca: *quomodo & Cambron. codex. Est quod miremur Pontificios ab Erasmica lectione non resilire, quemadmodum Maldonatus a Caluini sententia recedit, licet probata, quia Caluini.*

35.

Ep.12.p.34.c.1.nu.8. De hoc & ad Clerum & ad Martyras & confessores literas feci.

Hanc veram lectionem, si credimus Pamelio, habet ex codice Afflig. Cæterum hæc verba & præcedentia, & desideria examinare possumus, *desiderantur in duobus vetustissimis codicibus Anglicanis a. b. Frustra itaque est nota Pameliana, & quod inde colligitur de ordine Epistolarum.*

36.

Ep.13.p.35.c.1.nu.1. Occurrendum puto fratribus nostris, vt qui libellos a martyribus acceperunt *& prærogatiua eorum apud Deum adiuuari possunt.*

Postrema verba & prærogatiua eorum, &c. *sunt recens addita a Morelio & Manutio: quem in finem, norunt qui norunt doctrinam Pontificiam.*

37.

Ep.13.p.35.c.1.nu.3. *Sententia extat integra nec nihil detorta a sensu*

su Cypriânico in prauum sensum, sicce se habent verba, Cœteram quoque partem plebis quæ lapsa est, præsentia vestra fouete: & vt a fide & misericordia Domini non deficiant, *vestro* solatio *focillitate*: neque enim deserentur ab ope & auxilio Domini, qui mites & *humiles & pœnitentiam verè agentes* in bonis *operibus* perseuerauerint.

Ego ex Mss. a. b. repono vestri *pro eo quod erat* vestro: focillate *pro* focillitate: *&* humiles & pœnitentiam vere agentes *expungo, quia non compareat in melioris nota codicibus*: *& pro* operibus *ausim scribere* opinionibus.

38.

Ep. 14. p. 36. c. 1. nu. 5. 6. Hoc ——— & verecundiæ & vitæ ipsi omnium nostrûm conuenit, *vt Episcopi plures in vnum conuenientes* præsente & stantium plebe —— disponere omnia consilij *communis* religione possimus.

Queritur Pamelius de errore remanente in Erasmicis excusis omnibus & de loci mutilatione, sed si propius aspexerit, inueniet in Mss. a. b. vt episcopi plures in vnum conuenientes *omissa, & pro, consilij* communis *religione, consilij* communi *religione, legendum esse.*

39.

Ep. 14. p. 36. c. 2. nu. 8 tempore ipso sibi plus quam postulant.

Verba hæc quanquam desiderantur in excusis & Mss. recte tamen inserta sunt hoc loco a Manutio & Morelio ex epistola dicta ad Antonianum. *Gratias Pamelio, qui in hunc modum exercet censuram suam. De ea videbimus mox vbi ad eam Epistolam peruentum fuerit.*

40.

Ep. 15. p. 37. c. 2. nu. 9. Posteaquam verò & tormenta venerunt, siue jam *totius* fratribus nostris, siue adhuc vt torquerentur, inclusis.

Hoc in loco Pamelius obseruat non male Postea vero quam *in* posteaquam vero *mutata fuisse, sed quod sequitur,* totius fratribus nostris, *vbi Oedipo aut sphynge opus est, inobseruatum & inemendatum relinquit: sed in proclivi est remedium, si iuxta Mss. veteres. a. b. c. d. legas,* siue jam *tortis* fratribus nostris siue adhuc vt torquerentur inclusis: *sed vnus Pamelius non videt omnia.*

41.

Ep. 16. p. 39. c. 2. nu. 14. transmeauit *tempus* hibernum.

Locum hunc nos primi (*inquit*) ex Cambronensi codice restituimus. *Eat in malam rem Pamelius cum suo Cambronensi codice. Desiderabatur dictis* tempus, *& etiamnum deest in Mss. a. b. c. d.*

42.

Ep. 17. Vniuersorum Confessorum Cypriano Papæ.

 Deest

Deest in Mss. a.b.c.d. & Magdalenensi vetere.

43.

Ep.19. Caldonij Cypriano.

Deest in Mss. a.b.c.d. & Magdal.

44.

Ep.21. Celerini Luciano.

Deest in Mss. a.b.c.d. & Magd. Ex hac epist. nu. 7. colligit acutus coniector Martyrum preces pro lapsis.

45.

Ep.22. Luciani ad Celerinum.

Deest similiter in Mss. a.b.c.d. Magd. & Rom. Non dubitem per Mss. codices, si reperiri queunt, hanc epistolam probari posse. Sed cum latuerit hactenus vel oculatissimos Romanenses, non est inuentu facilis post tot tantos viros scrutatores.

46.

Item Ep.23. Cypriani Præsbyteris & Diaconibus Romæ.

Desideratur in Mss. a.b.c.d. & Magdal. Cedo quemuis Mss.

47.

Ep.27. Cypriani ad lapsos.

Deest in Mss. a.b.c.d. & Magdal.

48.

Ep.28. Cypr. Præsbyteris & Diaconibus.

Einsdem est farinæ. Desideratur in Mss. a.b.c.d. & Pamelius nihil habet præter coniecturas & diuinationes, nisi Harrisij Angli codicem, de quo nihil dicam, quia nescitur vbi sit locorum.

49.

Ep.29. Cypr. Præsbyteris & Diaconibus Romæ.

Ex qua vna colligit Pamelius quanto iam olim in honore habita sit Romana sedes. *Valeat per me licet, nisi testimonium adferat ex indubitatatis Mss, nostri autem a.b.c.d. & Magd. non agnoscunt eandem.*

50.

Ep.30. Præsbyterorum & Diacon. Cypriano Papæ.

Præter Harrisij codicem, alium habemus nullum, neque apud Pamelium neque apud nostrates, qui huic epistolæ testimonium perhibeat. Abest etiam a Magdalenensi veteri. Ex hac epistola & superiore, si dijs placet, colligit Pamelius argumentum pro voce Indulgentiæ in eadem prorsus significatione qua nunc vtuntur. *Hoc si palmarium sit argumentum istorum homuncionum, concidant necesse est* Indulgentiæ papales, *inaudita seculo Cyprianico in hac significatione.*

51.

Ep.36. Cypriani Præsbyteris & Diaconibus.

Desideratur in Mss. a.b.c.d.

52.

Ep.38. Cypriani Caldonio & Herculano Collegis.

Deest

Deest in Mss. a.b.c.d. & Magdal.

53.

Ep. 39. Caldonij.

Deest in Mss. a.b.c.d. & Magdal.

54.

Ep.40.p.76.nu.21. ſtupore elatus *eſt diſcedendum* ab huiuſmodi.

Leg. cum Mss. a.b.c. ſtupore elatus; diſcede ab huiuſmodi.

55.

Ep. 40.p.77.c.2.nu.25. Et ſi qui circumueniente aduerſario lapſi eſtis.

Leg. Et qui, *dempto* ſi, *ſecundum Mss. a.b.c.*

56.

Ep.42. ad Cornelium,nu.10. & 11. Conſiderantes pariter & ponderantes, quod in tanto fratrum religioſorum conuentu, conſidentibus Dei ſacerdotibus & altari poſito *nec legi debeant nec audiri.*

Et legi debet & audiri. *Sic Mss.a.b.c.d. Ineptè ergò Pamelius in Annot.11.animaduertit,* in ſynodis ſolos Epiſcopos conſidere conſueuiſſe.

57.

Ep.42.p.80.c.1. Illis ſolis foris remanentibus qui *in* obſtinatione ſua vel furore *perſeuerauerunt.*

Manutius cum Dun.Ms.cod. & Cauchio, qui obſtinatione ſua vel furore ſuperſederunt, *conſpirantibus Mss. Anglicanis a.b.c.d.*

58.

Ep.42.p.82.nu.26.ad Clerum iſtic *noſtrum* & ad plebem ſcripſeram.

Antea corruptiſſime legebatur, Ad clerum iſtic *non* ad plebem. *Videtur falſus eſſe Pamelius: nam in hanc lectionem facile conſentiunt Mss. a.b.c.d.*

59.

Ep.42.p.82.c.2.nu.27. per *Mettium* Hypodiaconum.

Sic Manutius: cæteri Mss. & excuſi omnes Meſſium. Fit tamen veriſimile, *inquit Manutius,* lectionem optimam eſſe. *Nos non veriſimilia ſed vera ſectamur. Vero autem verius eſt* Meſſium *habere cod. Anglicanos.a.b.c.d.*

60.

Ep.42.p.82.c.2.nu.28. per *Nicephorum* Acolythum.

Legunt Mss.a.b.c.d. conformiter Nicophorum.

61.

Ep.45. Cypr. Cornelio. p. 84.

Deeſt in omnibus Mss. a.b.c.d. & deſiderabatur inſuper in tranſmarinis cunctis hæc epiſtola, adnotante Pamelio: ſed facile eſt diuinare cui bono inſerta ſit epiſtolis Cyprianicis, nimirum quia facit pro Eccleſiæ Catholicæ radice & matrice *ſcilicet* Romana. *Sed male pereant, qui male ſic opinantur ſine & abſque membranis.*

62.

Ep.46.Cornelij ad Cyprianum.

Einſdem

Eiusdem est momenti: quia deest in Mss. a. b.c.d. tametsi per eam factum sit (si vera sit annotatiuncula Pameliana 10ª.) vt præsbyteri & diaconi Ecclesiæ Romanæ in eadem auctoritate jam olim fuerint qua nunc Cardinales: *id quod probaturus est ad Græcas calendas, quod aiunt.*

63.

Ep.47. Cypr. Cornelio. nu. 6. nec *tentarent* charitatis atque vnitatis *fidem.*

Quum sic legant Mss. a.b.c.d. nec tentarentur charitatis atque vnitatis fide, *perplacet mihi Manutij lectio.*

64.

Ep.47.p.89.c.1.Cum —— Dominus in Euangelio suo dicat esse summum gaudium in cœlo super *vno* peccatore pœnitentiam agente.

Vox vno *adiecta est ex vno Ms. cod. In cæteris desideratur, non tantum transmarinis sed cismarinis etiam. nu.*8.

65.

Ep.47.p.89.c.1.nu.10. Opto te, frater charissime.

Clausulam hanc Manutio & Morelio debemus acceptam: nam alibi desiderabatur. Hoc liquet ex Mss. Anglic.a.b.c.d.

66.

Ep.48. Cornelij Cypriano.

Deest in Mss.a.b.c.d. Miratur iure optimo maximo & vna cum eo eruditi plerique, quum Eusebius in Chron. & D.Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium, Cypriano octo duntaxat Epistolas ad Cornelium asscribant, quomodo iam extarent vndecim numero. Facilis est responsio: forsitan vnus Cambronensis codex delapsus est è cœlo, tanquam ἀπὸ μηχανῆς, *vt necessitatibus Rom. succurreret.*

67.

Ep.49. Cypr. ad Cornelium.p.90.c.2. Nicephorus.

Leg. Nicophorus, *ex Mss.a.b. Sed forte dices* ep.42. Nicophori *factam esse mentionem: quo in loco nu.vlt. remittit nos Pamelius ad hanc ipsam epistolam, vt inde probet propositum suum, cum vtrouis in loco legatur,* Nicophorus. *Sic sunt probationes & argumenta Pontificiorum, nisi statuminentur & corroborentur ex fallacibus coniecturis sciolorum.*

68.

Ep.49.p.91.c.1. nu. 10. Et erunt duo in *carnem vnam,* sacramentum istud magnum est.

Legunt Mss.a.b.c.d. in carne vna: *& Manutius, quem modo laudat modo negat Pamelius & Pameliastri. Et certo recognitus est Cyprianus auctoritate Pontificis Rom. sub patrocinio Card. Borromei & fide Codicis Veronensis, cuius vel nulla vel infrequens est mentio apud Pamelium.*

69.

Ep.49. p 91.c.1.nu.11. Ego autem dico in *Christum* & *Ecclesiam.*

Reponunt Mss. a.b.c.d. cum Morelio in Christo & Ecclesia, *quod quidem*

quidem placeret magis. Habeo Pamelium confitentem, eo quod D. Hieronymus & Ambros. & Aug. & Græci quoque in commentarijs sic legunt, nisi priori modo legeret Tertullianus loco jam dicto, quem per omnia imitatur Cyprianus. *Fateor, illud, Da magistrum, a Cypriano profectum fuisse : sed neque per omnia imitatur : & si imitatur, vnde constabit Tertullianum sic legere, nisi ex Mss. antiquissimis, quod cum effecerint, manus dabo.*

70.

Ep. 49. p. 91. c. 2. nu. 20. qui plantatus non est *in* præceptis & monitis.

Ex cod. Cambronensi adiecta est vox in, *contra fidem omnium Mss. cod. præsertim Anglicanorum. a. b. c. d.*

71.

Ep. 51. Cypr. Antonio p. 95. c. 2. nu. 8. graues viros & *semel* super petram solida stabilitate fundatos.

Sic excusi cod. At duo Mss. a.b. de meliori nota legunt semper. *Parcius istud, sed tamen annotandum, eo quod nihil magis procliue sit Pamelio, quam vt neglectis Mss. omnibus, vni aut alteri membranæ adhæreat pro arbitrio.*

72.

Ep. 52. p. 96. c. 1. nu. 20. eo quod sibi Ecclesia *cluderetur*.

Sic ex vno Ms. cod. Afflig. hunc locum restituunt vel destituunt potius Critici sacri, cum antea erat clauderetur: *quam lectionem firmant Cod. Mss. a. b. c. d.*

73.

Ep. 52. p. 97. c. 2. nu. 34. Nam sicut antecessores nostri sæpe fecerunt colligendis fratribus nostris charissimus *frater* noster *Cornelius* necessitate succubuit.

Ausim mutare in hunc modum. Nam sicut & antecessores nostri sæpe fecerunt colligendis fratribus nostris charissimus noster necessitate succubuit, *adiutus a membranis a. b. c. d. De reliquis non curat Hippoclides.*

74.

Ep. 52. p. 99. c. 1. nu. 50. Nihil opus est addita voce *Christi* in hac periodo, *vbi etsi occisus propter nomen*, addunt *Christi*, excusi codices : *consule Pamelium.*

Addunt Christi *Mss. a. b. c. d. consule membranas.*

75.

Ep. 52. p. 100. c. 2. l. 67. Sic erit gaudium in cœlo super *vno* peccatore pœnitentiam agente.

Prætermisso vno legunt Mss. a. b. c. d. super peccatore.

76.

Ep. 53. Cypr. Fortunato & collegis p. 108. c. 1. n. 7. nomen confessoris esse.

Adde Domini, *tametsi nequiquam placeat Cotelerio, quod Mss. cod. a. b. c. d. adjiciunt.*

Ep. 55. nu. 29. qui extra Ecclesiam sunt.

Sed qui extra Ecclesiam : *Sic Mss. omnes transmarini & a. b. c. d. & vetus excusus. Pamelius vero cum Remboldo & Erasmo qui omnibus o-misit sed.*

78.

Ead. ep. nu. 36. ad quem *ibimus*.

Manutius secutus Ms. cod. legit ad quem imus. *Facile adducor vt cre-dam hanc lectionem veriorem esse, quam habent antiquissimi Mss. An-glicani.*

79.

Ead. ep. nu. 39. mansissent *vtique* nobiscum.

Hic quoque Manutius omiserat particulam vtique, *secutus Cambro-nensem adamatam suam editionem & Mss. Anglicanos a. b. c. itaque in-seruerunt denuo in contextum.*

80.

Ead. ep. nu. 60. nouem *Episcoporum*.

Hic è contrario adiecerunt vocem Episcoporum *ex Cambronensi vno prius neglecto, in omnibus codicibus Mss. excusis, exteris nostris, antea v-bique desideratam.*

81.

Ead. ep. cum mendaciorum suorum *merce*.

Miratur Pamelius repositum a solo Morelio mercede. Ni forte, *inquit*, sit error typographicus. *Non est : sic legunt* Mss. *nostri.* a. b. nu. 66.

82.

Ep. 56. nu. 3. *amplius* & admoneamur.

Etiam hic adiecerunt vocem amplius. *Audacter satis ; cum non sit in Mss. a. b. c. d. neque in vllo veteri, quod sciam.*

83.

Ep. 56. nu. 9. fratres *aut sorores*.

Illud aut sorores *legunt ex Affliginiensi tantum, etsi omissum a Ma-nutio & desideretur in Mss. a. b. c. d.*

84.

Ead. ep. nu. 10. & reperuerint eos *& expulerint*.

Adnotatu digna hæc lectio : sed illud & expulerint *non est Cyprian-cum, forte abest à Mss. a. & b.*

85.

Ibid. nu. 16. Daturum se in *persecutione* promisit.

In resurrectione, *Ita Morelius & Manutius & Mss. a. b. c. d. sed pla-cuit magis Pamelio hic lectio in persecutione.*

86.

Ead. ep. nu. 26. Dominus dixit.

Dominus dixit. *Ne suspicatur Pamelius* hanc lectionem ex margine irrepsisse in textum. *Sed fallitur vehementer : nam hanc lectionem firmant Mss. a. b.*

87.

Ead.ep.nu.23. Nonne *qui* justi occiduntur.

Leg. nonne *cum* justi occiduntur. *Quamuis illud* cum *Pamelio* sensum obscurare videatur, *habetur tamen in Mss. a.b.c.d.*

88.

Ep. 57. nu. 2. Claruit *fratres charissimi.*

Mss. a.b.c.d. habent frater charissime, *non solus Manutius, ut Pamelius opinatur.*

89.

Ep. 59. nu. 2. De Victore *quodam* Præsbytero.

Placet hæc lectio Pamelio, quanquam Manutius & Morelius & Cambron. codex, cum quatuor Anglicanis a.b.c.d. legant quondam.

90.

Ead.ep.nu.6. intra secundum vel tertium diem *quo* nati sunt.

Elegantior est lectio Cambron. codicis & Anglicanorum omnium Mss. a.b.c.d. quam nati sunt : *& tamen priorem visum est Pamelio retinere.*

91.

Ib.nu.12. sed omnem omnino *hominem.*

Omissa est vox hominem *a Manutio & Mss. a.b.c.d. Cambron. & Anglicano Harrisij codice.*

92.

Ib.nu.13. in *actibus* Apostolorum.

Solus Manutius reponit *in actis ... vero 3. Consentientes habentur Mss. a.b.c.d.*

93.

Ib.nu.17. *tum* magis circa infantes ipsos.

Particulam tum *omittit Manutius & non habent eam Mss. nostri a.b.c.d.*

94.

Ep.61.nu.3. *verba illa,* quod ego, *quia superflua videbantur Pamelio, omittere non est veritus. Sed habent ea nostri Mss. a.b.c.d.*

95.

Ep. 63. nu. 15. sacrificij *Christi* in pane & vino scilicet constituta.

Vox Christi *recens adiecta ex Coloniensi & Cambronensi & Costerij codice, sed omissa est a Mss. a.b.c.d.*

96.

Eadem ep.nu.24. Item denuo *pracinitur.*

Antea legebatur præcanitur : *temere mutata est lectio, quam habent omnes Mss.*

97.

Ead.ep.nu.47. qui confusus me fuerit *confundetur* eum.

Vetus excusus & Remboldus legunt confundet eum : *quo pacto habent Mss. codices a.b.c.d. Itaque frustra hoc in loco ridet Erasmum Collector, ridendus & ipse.*

98.

Ib.nu. 58. Et mæchata est in lignum & lapidem.

Quid opus est præpositione in, quam neque habet Remboldus neque Mel. a. b. c.

99.

Lib. de vnit. Eccl. nu. 11. super illum *vnum* ædificat Ecclesiam.

Hoc in loco verba aliquot recens adiecta a Granio, Manutio, & Morelio, *fatetur Pamelius. Et certo certius est illud* vnum *addititium esse. Itaque, non sunt omnia genuina, quod contendit Pamelius.*

100.

Nu. 15. Qui cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit?

Quis est auctor huius lectionis? Cambronensis codex vnus contra lectionem omnium codicum. Cedo quemlibet, excepto Cambronensi: qui si verus sit vsquequaque, quare eum toties reiicitis: si verus non sit (vos enim ipsi centum in locis respuitis auctoritatem ipsius) cuius ergo sunt fidei? Sed dicitis Confirmat eam lectionem Gratianus Dist. 43. c. qui cathedram. *At quis est Gratianus? Si verum sit iudicium Episcopi apud vos [illegible]* intelligentis, is est omnium bipedum & quadrupedum mendacissimus. *Egregiam vero probationem, per auctoritatem Codicis ignoti contra [illegible] ignotos omnes, scilicet codicis confecti per* Gratianum *monachum, ignotum, ignauum: aut si notum dixeritis, notum [illegible] Canonico, [illegible]*

FINIS
